



BX1758

.A5

1782


v.1

c.1

8#2-6#45



1080044783



*Dogmati, que morum celebres docuere Magistri,
Lector, in hoc uno conspice lecta viro.*

O. Danicco scul.

THEOLOGIA
MORALIS UNIVERSA
R. P. GABRIELIS ANTOINE

A REVERENDO PATRE
PHILIPPO DE CARBONEANO

PRIDEM NOTIS, ET APPENDICIBUS AD USUM MISSIONARIORUM
POTISSIME AD SACROS CHRISTIANORUM RITUS, ET ECCLESIAE ORIENTALIS
DISCIPLINAM SPECTANTIBUS AMPLIFICATA,

Dein novis accessionibus ex geminis scholarum & Ecclesiæ Doctoribus S. THOMA
AQUINATE & S. BONAVENTURA CARD. depromptis ad PAROCHOS,
CONFESSARIOS, prefertim vero ad STUDIOSAM JUVENTUTEM
informandam aucta, & illustrata

A R. P. BONAVENT. STAIDEL M. C.
ACCEDUNT

TRIA OPUSCULA EX AUREO MELCHIORIS CANI DE LOCIS THEOLOGICIS LIBRO
DESUMPTA, ET DISCEPTATIO PROBLEMATIS DE LEGE DIVINA.

EDITIO X. ABSOLUTISSIMA
A JO. DOMINICO MANSI
ARCHEPISCOPO LUGENSI

MEDULLITUS INSPECTA, PERMULTIS ALIIS ADDITIONIBUS EX OPERIBUS
BENEDICTI XIV. ET CLEMENTIS XIII. & XIV.

Litteris apostolicis excerptis locupletata, correcta, nonnullis figuris aneis
in fronte quorundam Tractatum ornata,

ET IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

TOMI PRIMI PARS PRIMA. 46529



VENETIIS MDCCCLXXXII.
APUD ANTONIUM ZATTA

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON

CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

RO 10-15 MICROFILMADO 6/1/83

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo Licenza ad Antonio Zatta Stampator di Venezia di poter ristampare il Libro intitolato: *Theologia Moralis Universa P. Gabrieли Antoine Sc., a P. Dominico Mansi Archiepisc. Lucensi Medullitus inspecta &c.*, offervando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 27. Ottobre 1774.


(ANDREA QUERINI RIFORM.

(GIROLAMO GRIMANI RIFORM.

(SEBASTIAN FOSCARINI CAV. RIFORM.

Registrato in Libro a Carte 171. al Num. 142.

Davidde Marchesini Segretario.



STUDIOSÆ JUVENTUTI

JOANNES DOMINICUS MANSIUS.

3

Cum jam annos in litterariis laboribus confecisset, nilque magis commendabilius existimatissimam quam studiosæ Juventuti, illi præsertim, quæ Theologicæ Discipline dat operam, manum adjutricem præbere, equum duxi banc P. ANTOINE Moralem Theologiam inspiciendi subire onus, ut castigator tandem, ac locupletior evaderet. Cum igitur, fere per otium, animum eidem adjunxisset, multa deprebendi, quæ emendatione digna mibi videbantur, nonnulla ceteroquin obscura meliori luce illustranda; quædam demum Doctrinis certioribus, ac solidioribus augenda, ac munienda. Hanc itaque obivi provinciam, nisus præcipue BENEDICTI XIV. aureis Operibus, ex quibus omnium, quæ in causa erant adimplendi quod opus erat, genuinum sensum transcribere me non piguit. Errores præterea, eosque grandiores, qui Typobetarum nonnisi vitio irrepserant (nulli siquidem alii eos tribuere non ausim) emendavi, quæ repetita delevi, & quæ supervacanea censui, obtruncavi. Habes igitur Theologiam Moralem absolutissimam, qua fruoris velim, supremos vitæ meæ labores tibi commendans, ac velut ex testamento tradens atque donans.



A 2

55.

4
SS. D. N. BENEDICTI XIV.
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

FR. PHILIPPUS DE CARBONEANO ORD. MIN. OBS.

Novam hujusce Theologiae Moralis Editionem, Nomini inscri-
ptam Tuu, BEATISSIME PATER, in publicam emittere lucem
constitui; quod tantum ei ex Te, hac in Editione, decoris & orna-
menti accesserit, ut quidquid in ea perfectum sit atque optimum, id
tuum jure meritoque dicatur. Ut enim præteream, me ad novam
hanc procurandam impressionem ex magna illa motum fuisse existi-
matione, quam huic Theologiae judicium illud Tuum conciliaverat,
quo præ ceteris digna habita est, qua in Collegio de Propaganda
Fide Adolescentibus ad Sacras Missiones destinandis explicaretur, Tua
doctrina est, PATER BEATISSIME, qua ambigua quæ sunt explicitur,
& confirmantur; quæ obscura videbantur, clarus, & luculentus ex-
ponuntur; & quæ ea supplerunt, quæ quamquam Confessarii, aliisque
scitu sunt necessaria, in hac tamen Theologia desiderabantur. Nec iis
tantum in ea ita ordinanda, & perficienda sum usus, qua a Te, five
pro Ethicæ Christianæ puritate sarta tecta servanda; five pro tollendis
abusibus & instauranda Ecclesiæ disciplina, ac divino cultu amplian-
do, decreta sunt & constituta; verum etiam perutili illo Tractatu tuo
de Synodo Diecelsana, ex quo plura depropompsi, quæ propriis addita
locis, opus mirifice illustrant, ornant, & augent. Quam ob rem vel
ex hoc unice opere poterit quisque conjicere, quot ad Petri Cathe-
dram evectus pro Dei augenda gloria subieris labores; quam bene,
maximam, qua polles, eruditio nem atque sapientiam, ad Sacrorum
Ministros instituendos, conservandam, tuendam, ampliandamque Re-
ligionem aptaveris; qua denique industria, fidelium omnium animas
per rectam æternæ salutis viam ad cælestem gloriam perducere stu-
dueris: Hinc Pastores habent curæ & sollicitudinis Apostolicæ exem-
plum: Hinc viris omnibus Ecclesiasticis patet, qua ratione, missis
vanis & inutilibus, ad solidiora, tutæ & necessaria Sacrarum litt-
erarum studia incumbere oporteat: Hinc denique Christiani omnes,
& regulas discent, ad quarum normam, cum Religionis fundatio-
nes, tum mores componere debeant suos, ac perpetuo movebuntur
ad Deum exorandum, ut Te Summum Patrem, totius Ecclesiæ
bono, diu sospitem, incolumemque conservet.

IN

IN NOVISSIMAM
HANC MEAM DECIMAM EDITIONEM

Recurrente hoc Anno MDCCCLXXXII. publici juris factam;
iterum auctam, mendique accuratissime
expurgatam,

MONITU M.

Cum jam postrema mea Editionis in lucem emissâ hujusce P. ANTOINII
sub anno MDCCCLXXVI. Theologie, præter spem, nulla reliqua apud
me supererant exemplaria, eo me adductum esse arbitratus sum, ut sta-
tim eam iterum typis mandarem, ut affiduis studiorum petitionibus possem facere
satis. Et revera nequin latet, nisi sit a libris omnino alienus, quod cum
primum celeberrimus Auctor Opus hoc ad usum Parochorum perfectum publi-
ci juris Nancii fecisset, dum esset Universitatis Muffontiana Rector, omnium
in se doctissimorum Virorum oculos converxit, adeo ut & eum suscipiant, & in
omnem posteritatem fibimes optime consultuisse presenserint. Inter eos præcipe
Doctores Sorbonici minime dubitarunt, quia testarentur, Opus ipsum egregium,
brevitatem conjugens cum claritate & integritate, certioribus innicuum funda-
mentis esse, Scriptura Sacra, Sanctorum Patrum auctoritate, Conciliorum cum
Occumenicorum, tum particularium definitionibus, juris urbisque regulis ac
placitis, praxi & usu Ecclesia, præfatisissimorum Theologorum sententiis, nec
non rationum solidiorum momentis gravioribus. Quid plura? ni malis addere,
in eo a vito si aliunde uiroque extremo caute prudenterque Auctorem recede-
re, nimis videlicet relaxatione, & majori, quam par sit, severitate, medium
constanter ineundo viam, eamque certiore, & tutam.

Ut primum in Italiana pervenerunt illiusmodi Theologia exemplaria, baud mi-
sum, si bac una præ ceteris a Summo, & Sapientissimo BENEDICTO XIV.
fel. rec. electa fuerit, dignaque habita, ut post Gallicas Editiones Roma ite-
rum excaderetur, & in Collegio de Propaganda Fide adolescentibus ad Sacras
Missiones destinandis explicaretur. Atque hoc in causa fuit, cur primum Fr. PHI-
LIP. DE CARBONEANO Ord. Min. Obs. eam provinciam suscepit, ut que
ambigua erant explicitaret, & confirmaret; que obscura videbantur, clarus
& luculentius exponeret, eaque suppleret, que desiderabantur. In his ita explen-
dis doctissimus CARBONEANUS non tantum iis usus est, que ab eodem Summo
Pontifice, five pro Ethica Christianæ puritate sarta tecta servanda, five pro tol-
lendis abusibus, & instauranda Ecclesiæ disciplina, & divino cultu ampliando decre-
ta

ta fuerant, & constituta; verum etiam perutile illo Tractatu de Synodo Dioecesana, ex quo plura depropmtit, que propriis addita locis Opus mirifice illustrarunt, ornarunt, auxerunt.

Hujusmodi fuit P. PHILIPPI DE CARBONEANO labor atque cura; sive ornata perfectaque tum Roma, tum Venetiis prodivit ANTONIANA Theologia Moralis, donec postremis annis alterum, cumque insignem Doctorem, Patrem nimirum BONAVENTURAM STAIDEL, quamplurimorum accessionum auctorem nacta est. Quam sit ipsa bene de litteraria Republica meritus, jam aliunde constat; nec est necesse, ut hoc loco subjiciam ipsius additamenta, utpote que universa ex DIVO THOMA AQUINATE, ex Seraphico S. BONAVENTURA, ac ex Constitutionibus Pontificis, precipue prelaudati BENE-DICTI XIV. fuere depropmta. Non mirum igitur si tot accessionibus aucta in magnam excreverit molem, & eo usque progressa sit, ut VI. Tomos conficiat.

Sed ad me redire fas sit. Cum JOANNES DOMINICUS MANSIUS fel. rector Lucens. Archiep., que in ea inspererat, antequam vita excederet, transmisisset, ut si illam novis typis traditurus essem, suis additionibus & animadversoribus locupletatam prodire saceret; sic nunc, ut saltet tanti Viri memoria opus meum immolare, id exequi curavi. Quoniam porro in precedenti Editione eadem usus sum characterum forma, tum in ANTOINII genuino textu, tum in eo CARBONEANI, in ueroque etiam in hac Editione eaudem magnificentiam, eamdemque typorum elegantiam prosequutus sum, cum hac ratione distinctione, quod textui CARBONEANI premittitur signum ♫, cumque eo clauditur. Tutto ut res, que ad P. STAIDEL pertinent, ob oculos baberentur, minori usus sum typorum forma, ut videre est in notis, que subjicitur pagellis, iisque etiam characteribus distinctae Dissertationes & notas preposito signo §. Preterea aliquot in locis additae sunt quadam aliena nota, ad explicandas amplius illustrandasque res, qua ob brevitatem nimiam censura notanda videbantur; Loca item Theologica ex MELCHIORE CANO depropmta, & excerpta, ex quibus fontes Theologie bauriantur, libenter adieci; & insuper recentiori Disceptatione Historica de Lege Divina ditavi; quam omnibus Translatibus proponere vixum est, ut facile ab omnibus conficiatur. Neque enim falsarius sum, aut mendax, ut promittam multa in fronte Operis, & nulla exequor: ut evenit nuper in quadam recusione hujus Theologiae Venetiis prolata 1770., cuius Typographus in fronte promisit aliquot Tractatus, neque scitis sponsonibus. Ea igitur, que ipse promisit neque protulit, exequor nunc ego, atque adjicio.

Insuper ad majorem concinnitatem, maiestatemque servandam, singulis translationibus figuris eneas proponere curavi, que cum iis, de quibus agitur, relationem habent. Sicque effectum est, ut faventibus Superis, nec quid ausiti, nec quid ornatus optari queat.

MINORITÆ CONVENTUALIS

P R A E L O Q U I U M

A D L E C T O R E M.

Sunt pro more multa ac varia, de quibus singillatim admonendus es, Humanissime Lector, priusquam nostra evolvere incipias, aut de Operे universo penè in aliam formam nunc mutato prouincias. Haud mora eadem praefatio mihi non videtur necessarium vel in auctoris laudes excurrere, vel Operis dignitatem enarrare; quandoquidem Viri rerum Theologicarum consultissimi jamdiu qua voce qua scriptis & illas persecuti sunt, & hanc commendarunt. Quod præconiorum caput est præcipuum, illud sic paucis perstrinxit Illustrissimus Josephus Palma Archiepiscopus Lucensis in Pastorali Epistola mutuata ab Eminentissimo praefule, qui nuperime tenuit Ariminensem lituum: Inter recentiores est valde celebris Theologia Dogmatica Moralis P. Antoine S. J. Siquidem Roma fuit sapientis edita, & multis Scholis & Academis suscepta, atque in Schola de Propaganda Fide etiamnum traditur: utpote quæ magis aliena a laxis opinionibus, quibus plerunque secent Casuistarum libri, quo idcirco circumspecte admundum oportet adhibere. Hunc maxime ob finem Vindobonenfis Archiepiscopus, & Cardinalis Migatius nominis fama celebrissimus (ut plures alios reticente Antisiles peregrines) novissime jussit, ut in ea Regia Caefarea Universitate Clerici morum Regulas hauriant ex Gabr. Antoine e S. J. Theol. Morali (a). Ad rem nostram accedamus.

In primis novam hanc adornare editionem Antonianam Theologię compulit rari-
tas exemplarium, una jam abhinc anno penitus distractorum. Occasione vero ista
cur de novis additionibus cogitaverimus, multa fuerunt in causa. Primo ipsa per
sele Autoris Theologia, quantumvis præstans & proficia, non est tametsi numeris
omnibus adeo absoluta, ut subfdiarium manum omnino excludat, utique ob com-
munem illam rationem, quia fetus hominis est, iisque Divino afflante Spiritu haud
productus. Ex quo obiter intelligitur, eam a nonnullis frustra in invidiam abduci
prætextu quarundam rigidorum sententiarum, quas complectitur. Secundo esti Au-
toris textui ingens accelerit & lumen & decus ex iis, que postmodum geminato
abore adiecta ab Eruditissimo P. Carboneano, nihilominus cum hic magna ex parte
operatus sit institutione Adolescentium, qui in Pontificio Collegio de Propaganda
Fide sacris Missionibus obeundis aptantur, ac propterea diligenter compilari, quæ
ad Christianorum ritus, & Orientalis Ecclesiæ disciplinam pertinent; cum item
que protulit pure moralia, ad particulares materias referantur ferme omnia, ideo ip-
sum magis Orbi quam Orbi consoluisse diluet, sicutque non tam explevit quam ex-
citasse desiderium aliorum Studiosorum, qui de Missionibus nullatenus solliciti non
nisi morales easque uberes exoptant notationes. Sane ut hujusmodi expectationi com-
muni tandem satis fieret, simulque exacte completeretur, quod nec essario faciendum
pridem judicabant Sapientissimi Triumviri Romani, Sergius, Carboneanus ipse,
ac Moya (b), coepierunt procul hinc serio cogitare perdocti aliqui: idque re ipsa per-
festum nunc cerneretur, nisi Tridentinam Sedem nuper reliqueret, qui modo in
Paslawiensi eminet Leopoldus Ernestus Firmianus, nobilitate, doctrina, religione,

ma-

(a) In. fin. Prolegom. ad Catech. Rom. Edit. Vindobon. (b) Vide infra §. 2, approbat. hujus Operis

magnanimitate, beneficentia præstantissimus Antistes. Tertio eidem Morali Theologie momentum quid præterea deesse deprehenditur. Ut notum est; initio prodit definita Tractatus omnium necessario ac utilissimo, qui de *Humanis Actionibus* solet inscribi; quia nimur Auctori placuerat materiam hanc discutere in priore Theologiae sue parte Scholastico-Dogmatica, ubi proprius locus exerte vindicandi catholicum articulum Humanæ Libertatis, a Novatoribus præsentis ævi tantopere impeditum. Deinceps quoque, tametsi sèpius recusa, & accessionibus amplificata, per Scholas vagata est sine eodem Tractatu, quasi sine capite. Phrygio tandem confilio in postrema editione fuit equidem illi præfixus; ast talis, qualis exierat et calamo Auctoris, Polemicum potius quam Moralem Theologum agentis: quippe idcirco esto Dogmaticis abundet doctrinis, in reliquis tamen Moralis Facultatis maxime propriis infeliciter deficit. Exinde porro conficitur, Theologiam hancce seorsim impressam, ita sensim increvile additionum alienarum mole, ut ad præsentem usque diem caput præ se tulerit aut nullum, aut reliquo corpori minus conforme.

Enuntiatis causis singulis, quas induxerunt nos additamenta cumulare, jam obvium erit conjicere, quidnam peculiare complectatur præsens nova editio. Locavimus in fronte Operis Dissertationem Proemiale valde prolixam, quoniam simul concatenata exhibet, quæ sunt fere omni geni argumenti moralis, atque ad propositionem nobis scopus conductuenda viva sunt. Nimurum in ea reperire est, præter accuratam Humanorum Actuum expositionem, doctrinas multas partim ex Theologia Dogmatica, & Scholastica, partim ex Ethica, Pycnologia, alisque cognatis Disciplinis adicias, quæ penitus progignunt eorumdem Actuum notitiam. Sparsum etiam interjecta exempla ab experientia, communique hominum conversatione petita, quibus magis pervia & utiles redundunt theoreticae institutiones. Accedunt principia, canones, notiones generales; unde & plurim ab Ecclesia proscriptarum Thebium tabida radix dignoscitur; & seges uberrima elicitor ad illufrandam, quæ subiude in particularibus Auctoris Tractatibus occurruunt perfunditorie vel tenuerit dicta; & mens denique Studiosorum capacior efficiunt, atque ita fecundatur, ut de rebus morum nudis intra scholarum umbras subtiliter disceptare, sed etiam in publicis cœtibus, sacrisque ministeriis apte sermocinari valeant. Quod quidem postremum cordi esse debet Clericis illis, qui ab soluto licet studiorum curiculo, assumptisque Pastoralibus curis, sat curæ supellecitis, ac jejunii sensus sese paßim produnt; quoniam in Moralibus addiscendis, ut olim notavit Joan. Gerlonius (a) ad sola singularia se totos dant, nullam ad primis principia resolutionem facientes, eo quod vel illa nesciunt, vel neglegunt, aut toti litterales sunt & sine spiritu: item quia parum axii de respondendis in armario mentis, juxta monitum Doctoris Angelici (b), quæ ad veram solidamque eruditionem pertinent. In eadem Dissertatione continentur præterea Prolegomena in universam Theologiam Moralem; & simul quedam veluti ruderia ex antiquis Schola Proceribus deponpta, unde facilis opera construi potest peculiaris diatriba de necessitate, & utilitate Doctrinæ divinitus revelatae. In quo quidem argumenti genere prorsus hospitem esse Moralem Theologum nequitquam licet: tum quia christiana morum Disciplina maxime pendet a regulis Supernaturalis Religionis; tum quia, si nunquam ante, hoc certe tempore excravit progenies Incredulorum qua manifestorum, qua personatorum. Tandem adiectæ Disputationes geminæ, altera de *Relatione actuum in Deum*, altera de *Conditionibus operis meritiorum*. Auctoris porro Operi multa sparsim interseruimus, quæ partim Notarum, partim

(a) *Tract. de Sollicitud. Ecclesiastice.*(b) *Opusc. 71. de Modo acquirendi scientiam.*

im dissertationum speciem habent. Singulos videlicet Tractatus, qui generales matierias complectuntur, ac veluti bases sunt universæ Facultatis Practice, crebris operosisque animadversionibus conati sumus dilucidare; tum ut inde majus adjumentum capiant quicunque avert res cognoscere per causas, sive (ut laudatus ait Cancellarius Parisiensis) singularia cante colligere, & sapienter revolvore ad regulas generales; tum ut eorum falla perluasio corrigatur, quibus Morale studium videtur exigui momenti, ac permodicæ difficultatis quod ab eodem Gerlonio (a) sic negatur: *Hanc Sapientis admonitionem Eccl. 3. v. 22. quæ tibi præcepit Deus, illa cogita semper, non obseruant multi Theologorum nostri temporis, qui de moralibus quasi de rubibus materiis stude, vel inquirere non dignantur. Scimus, inquit, talia cum volvimus; cum tamen nulla sit ad agnoscendum bene & resolute scientia difficilior propter circumstantiarum innumeras varietates. Nec est aliquis tam excellentis ingenii, nec a puero in hac scientia tam excutit, qui non quidem noviter quotidie inventat, quod prius non ita plane cognoscet.* Particularibus etiam materiis quorundam Tractatum adjunxit, non modo scholia deducitæ ex praædictis in Proemiali Dissertatione doctrinis, sed Notas interdum longiores, immo & unam alteramque Disputationem, puta de *Negotiatione ecclesiasticorum*, ac de *Peculo Clericorum Secularium*. Demum pro corone praæclaræ duo monumenta SS. D. N. CLEMENTIS XIII. integre transcripta, suisque locis indita: nimurum Epistola Encyclica de *Clericis Negotiatoribus*, & *Decretem novissimum de Indulgencie*. Quidquid vero prius aderat sive in textu auctoris, sive in Carboneanis Appendixibus totum relatum prorsus intactum, novæ editionis Moderatoribus ita volentibus. Si mihi facultas libera fuisse, demplissim ex priore Tomo Tractatum de *Actibus Humanis*, utpote ex dictis magis Dogmaticum quam Moralem, atque post additionem Proemialis Dissertationis haec tenus describita fere supervacaneum. Placuit hæc palam referre, ne quis mihi diem dicat ob inomine hujus Theologiae valde adauatam, & maruspis aliquatenus infestam.

Non deuerunt tamen, qui saltæm objectabant mihi *Stylum Asiaticum*, nimiamque Testimoniorum congeriem: sicuti ex adverbo, qui de brevitate non ita solliciti, me potius carpant, quod silens præteriorum aliquas Auctoris sententias, perniciose laxitatis nomine nuper fugillatas ab exoticis Cenobitis gravilius. At velim priores animadvertant, me versatum in enucleanda (b) *compendiaria Theologia illius Auctoris*, quæ nonnulla identidem habet nimia profecto brevitatem, & precisione scripta: addé, qui non pauca prorsus omisit ceteroqui apponenda, quæ scilicet pertinent ad notitiam, & feriem Tractatum, ad statutum *Quæstionum*, ad distinctiones, aliaque præliminares observations. Rursum, provincianam hanc a me suscepit, non ad indulgendum eorum palato, qui moralia primoribus labiis attigisse contenti, & nata formam occasione de iisdem, ut posunt, eloquuntur: sed gratia potissimum Clericorum, qui profecta opera ac meditato consilio incumbunt Theologia Morali ordinatum seu addicendæ, seu interpretandæ, & quibus interdum ingenium minus cultum, aut modica suppellex tum senioris litterature, tum probatorum librorum. Ad ejusmodi autem scopus conferant necne crebra Auctorum designatio, ampla Testimoniorum series, sermo magis redundans quam compressus, peritorum sit judicium. Alii vero, quælo, meminerint, instituti mei rationem sat perspicue in superioribus patefactam abduxisse me ab edisferandis iis Tractatibus particularibus, in quibus extare perhibentur molles illæ sententiae. Tum quæ isthæc est morositas, ut me ob alia copiosa additamenta jam delaslatum cogant venari lepores ultra montes?

Duo

(a) *Tract. de Orat. & ejus usore.* (b) Vide infra iudicium Triumvir. Rom. Antoine Theol. Moral. Tom. I. P. I. B

Duo præterea criminacionis loco forsitan obtenduntur: scilicet & valde aperta sibi que scribendi ratio de rebus etiam magnopere controversis, & nimium frequens antiquorum Scholasticorum usus, quasi SS. Ecclesiæ Patribus forent coæquandi ipsorumque intuitu vilesceret omnis doctrina recentiorum Scriptorum Moralium. Ad primam quod spectat, scitum est illud Ezechielis (a) *Vx qui considunt pueris sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ etatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum.* Nec minus de cantata, quæ apud Henricum Gandavensem leguntur. (b) *Ubi est veritas ad dicendum opportuna, quam scilicet novit Doctor est utilia atque expedientia audiendis... si non, prout novit, tam dilucidat, sed per ambages procedit, & non quæ sentit proprieat, sed aliena, ut puto, mortaliter peccat (sive timore, sive odio ad talem veritatem sic celandam perducatur) non solum in veritatem, sed etiam in officium Doctoris: & non solum ipse, sed quicunque sunt ejus promotores, instigatores, & factores in hoc... Et hoc præcipue in arduis questionibus, in quibus periculum continetur; ad quas arguendo pro & contra, quæsi puteam absit aperit, & veritatem non explicando ipsum non claudit. Jam Prophætica perterrefactus comminatione, ac monito solemnis Doctoris imbutus cum ad scribendum accederem, in rebus moribibus, in quibus non corrigie tantum, ut vulgo dicitur, sed totius pellis, immo universi hominis virtutis salus, aut perditio sempiterna, non potui non enuntiare sincere, ac fidenter (seposito quovis partium studio, & salvo qui singulis Theologis, Scholasticis debetur, honore) quæcumque post accuratum examen seu vera, seu vero proximiora detexi; sicutque aliud nihil mihi vindicavi, quam quod a cunctis sapientiæ amatoribus servandum agnovit vel Gentilis Comicus (c)*

Haud unquam quod rectum est & justum

Silens præterito. Quippe ...

Candide servare decet loquendi libertatem.

Ad diluendam porro criminationem alteram hac valebunt. *Cunes, ut mox ajebam, momentos tractatus in animum induxi semper nil fere afferere sine gravi teste, eos dictorum meorum sponsores placuit potissimum afferre, quos constat sapientia, pietate, doctrina plurimum excelluisse, ut ita secundum Dorianum adagium lapidem ad finiculum ducerem. Atqui tales mihi sibi sunt primores Scholastici, videbile Aliensis, Thomas, Bonaventura, Scotus, Richardus, Antoninus, Aegidius, Bacconius, Henricus, Angelus; quippe (d) in antiquis est sapientia, & in maiore tempore prudentia; & (e) traditio Magistrorum ac doctrina inveterata, quasi lex est. Igitur nil mirum, si ex eorum Commentariis sedulo collegimus, quod optimum, ac veritati affine existimavimus. Neque idcirco in SS. Patres deliquisse putandum sum: tum quia horum oracula præcipuo loco a me commendata, atque etiam prolata, ubi occurreret scopo meo congruentia: tum quia Scholastici illi Principes ex horum fontibus maxime potarunt. Unde S. Ignatius Loyola (f) ipsos presertim hoc nomine commendat, quod *Scriptura sacra, & veterum Authorum scriptis, Conciliorum sanctionibus, & variis Ecclesiæ Sanctæ constitutionibus, ad salutis nostræ subsidium feliciter utantur.* Talem methodum sectando mens dumtaxat fuit ab illi procul redere, qui posteriori etate aucti sunt edicere (g) *Doctrina fidei a Veteribus, doctrina morum magis a Junioribus petenda. De sententia Doctorum antiquorum verum scripsi nou-**

pote-

(a) Cap. 13. vers. 18. (b) Quodl. 10. q. 16. (c) Ap. Clem. Alexandr. lib. Strom. (d) Job. c. 12. vers. 22. (e) Salvian. l. 5. de Providenti. (f) Lib. Exercit. spirit. mihi pag. 267. (g) Inter Proposit. damnam. a Cler. Gallican. Universit. Parisi. & Lovani.

*poterit, nisi ipse Thomas, aut Augustinus, aut alii excitentur a mortuis. Hæc obiectio opinio nova videtur, doctum urgere nequit, nam tota *Moralis Theologia* nova est. Ceterum vetustis Magistris sibi adjunxi & recentiores præcipios, tum *Canonistas*, tum *Theologos*: puta Covarruviam, Fagnanum, Gonzalez, Molinam, Pirrhingium, Anacletum, Navarrum, Sylvium, Pontium, Suarezium, Hennum, Cuniatum, Wigandum, Coletum, aliosque; ut propterea Plinianum illud (a) jure usurpare possum: *Sum ex his, qui miror antiquos; non tam nostrorum temporum ingenia despicio.* A nominandis autem novissimis quibusdam *Scriptoribus*, aliqui famigeratis eruditisque, religiose abstinui; quoniam, cum inter se acriter digradientur, pedagogo monstrante vel puerulus a Martiali didici, sumantem usq; nasci non tentare. Loquar apertius: *dum omnibus se fieri potest, pacem habere* (b) peropto, ac si per vires licet, pacem inter omnes etiam conciliare. Profecto ob hunc maxime finem statui, frequenter eloqui verbis, sensibusve *Benedicti XIV.* quem utpote universalis Ecclesiæ Magistrum, avitæ disciplinae Restauratorem, sacri Juris omnisque Ecclesiasticae Scientiæ Illustratorem, non possunt non suscipere, revereri, sectari Cordati qui que. Eodem plene ducens consilio (ut nova simul, ac vetera proferrem) duorum prætorum Doctorum gravissima edocumenta passim adjunxi, Angelici videlicet & Seraphici; qui nedum in Scholis scientiam disseminarunt, sed etiam tamquam lucernæ super candelabrum posita in Domo Domini effuderunt quasi flumen sapientiam, & reliquerunt illam omnibus quærentibus veritatem. Non hic porro item ingredior a recentibus Criticis (c) Venetæ Vineæ intentatam de veritate plurium Opulculos, quæ deinceps invenies a me citata sub nomine S. Bonaventura secundum vulgatas editiones, sensumque magis communem. His etenim stare Moralium Tractatorem & Criticis solatum disquisitionibus omnino par fuit; præterim cum fama ferat, proditorum insignem Agnatum Transalpinum ipsorum Censem, qui adornata nova editione Operum Seraphici Doctoris strenue demonstrabit, eam Vineam, utpote Ovidiano conspersam cinere, spinas magis quam uvas præter expectationem fecisse.*

En singula, Eruditæ Lector, quæ mihi visa sunt necessario nuntianda hoc ipso in limine, ut consili studiique mei ratione ex toto perspecta, simul & universi Operis seriem, atque economiam uno velut obtutu apprehendas, & pro singulari tua humanitate ac benevolentia meum qualemcumque laborem boni confulas. Sed quidnam dicam vobis, novella Clericalis Ordinis germana, Sacre Theologiae *Moralis Candidati?* Habetis doctrinam sapientiae, & disciplinae, quam Auctor inclutus scripsit in suo Codice, illam naviter addicite, quippe (d) *doctrina bona dabit gratiam.* Tum ipsa vita eamdem exprimere pro viribus conanimi. Nam ex M. Baflio (e) qui *Philosophiam verbo tenus apud alios manentem factò confirmavit, sapit solus;* reliqui velut umbra solitantes. Multa præterea sanæ frugis, & exquisite eruditiois Ecclesiasticae vobis suppeditavit Cl. Professor Carboneanus. De postremis hisce Additamentis, a me omnium minimo nunc inseritis, nihil decernens, finem præfandi facio verbis D. Ambrosii suos Institutionum sacrarum libros absolventis (f) *Hac apud vos depositi, filii, quæ utrum aliquid profectus habeant, vos probabit.*

APPRO.

(a) Ap. agnani in cap. No. innitatis, B. 311. (b) Ad Rom. c. 12. vers. 18. (c) Vid. Diatr. Historico-Chronologico. Criticam de Gess. & Script. S. Bonav. edit. Venet. 1750. (d) Prov. c. 13. v. 15. (e) Sem. de Adolescent. (f) Lib. 3. Offic. in fin.

APPROBATIO MULTIPLEX.

Quandoquidem Approbationes variae, quæ secundum iteratas editiones hujusce Moralis Theologiae diversis in locis diversisque temporibus prodierunt, tamen sunt gravissima judicia Virorum omni exceptione majorum, quibus & Autoris dignitas, & Operis præstantia mirum in modum declarantur: ea propter placuit hic universitas subtexere quinque paragraphis distinctas servato ordine ipsarum editionum.

§. I. APPROBATIONES GALLICANÆ.

Illusterrimi Episcopi loci, ubi facta est prima editio.

SCIPIO HIERONYMUS Dei gratia, & Sanctæ Sedis Apostolicæ autoritate Episcopus Comes Tullenensis, S. R. I. Princeps, Regi a Sanctioribus Confiliis &c. omnibus prælentes viliris Salutem in Domino.

R. P. Paulus Gabriel Antoine Soc. Jesu Presbyter S. Theologie Doctor, Ex-Professor, & Universitatis Muscipontane Rector, Nihil expoxit ne Cursum Theologiae Moralis ad usum Parochorum & Confessorium ex methodo elaborare, ut nec prolixitas tedium, nec obscuritas brevitatis pariat, ac tradita in eo doctrina senioris Ethicæ Christianæ principis innaturatur. Cum vero perfectum habemus, tum ex quarundam ejusdem Operis partium lectione, tum prædictum ex relatione Doctoris Sorbonici, virti pietate & scientia eximi, cui Librum hunc attente legendum desimus, non levem ex eo utilitatem percipere posse Parochos & Confessarios. Non solum hoc Tractatus Theologicos in nostra Diœcesi in lucem ed & doceri permittimus, sed etiam valdehortamus omnes rebus Theologicis operam dantes, ut sedula illorum lectione scientiam curandæ animas, quæ est ait artum, sibi comparare studeant.

Datum Tulli Encorum die 5. Octobris anno Domini 1725.
¶ SCIPIO HIERONYMUS, Episcopus Comes Tullenensis.

Reverendi Patris Provincialis.

Ego Praepositus Provincialis Provinciae Campane Soc. Jesu, pugnante ad id mihi ab Admodum Reverendo Patre Praepotenti Generali ejusdem Societatis tradita, facultatem concedo, ut Patris Pauli Gabrieли Antoine, ex eadem Societate Liber, qui inscriberit Theologia Moralis Soc. trium ex ejusdem Societatis Theologorum iudicio approbatu, typis mandetur. In quorum idem has dedit Litteras. Argentinæ die 7. Novembri 1725.

LUDOVICUS LANGUILLE.

Censoris Regii.

Illusterrimi D. D. Regiorum Sigillorum Custodis iusti Librum perlegi Typis editum Noncei, anno 1721, apud Joannem Baptistam Cullon, cui titulus est: *Theologia Moralis Universæ, Autore R. P. Paulo Gabrieли Antoine, Societatis Jesu Presbytero, S. Theologie Doctor, & ex Professori: Opus egregium, brevitate conjugens cum claritate & integritate, ita ut fusiōne expeditio non eget; nihilque in eo desideris morum directioni & causum occurrentiam decisioni necessarium vel utile, certioribus juxtim fundamentis, Scriptura Sacra, Sanctorum Patrum auctoritate, Conciliorum cum concumeniorum tum particularum definitionibus, iuri utriusque regulis ac placitis, praxi & usu Ecclesiæ, præstantissimorum Theologorum sententias, nec non rationum solidiorum momentis gravioribus; a vicio alioinde utroque extremo caute & prudenter recedens, nimis videlicet relaxatione & majori quam per se severitate; median conflanter ineundo viam, canque certiore & tutam; stylo denique exaratam puro, nitido & eleganti. Nihil igitur aliud impedit, quomodo in hocce florentissimo, & Christianissimo regno distribuatur, quin immo utilissimum fore existim, si in ipso, majoris commodi gratia, typis quoque mandetur. Datum in Sorbona, anno reparatae salutis humanae septingentesimo secundo supra millesimum, die vero mensis Januarii septima. A Le Moine, Doctor & Socius Sorbonicus, Ecclesiæ Collegiate Sancti Beneficii Canonicus, Librorum Censor Regius.*

Censoris ibidem Regii.

Ex mandato Illust. D. D. Regiorum Sigillorum Custodis legi hanc Theologiam Moralem, quæ intra paucos annos typis pluribus edita, se publica existimatione non indignam probat. Ipsa sanis & optimis morum regulis conflanter adstaret; & Scripturis & traditione sua ha-

haurit momenta, quæ ad sensus alienos non detorquet: Evangelicam seatur diligenter severitatem, quam argutiolis emollire aut enervare non studet: nihil igitur mirum si hoc opus spectabilissimis omnium ordinum viris probatum fuerit: itaque & re videatur illud praelatus committi, ut facilius & promptius haberi queat, ac tandem e manibus excutiantur libri illi Morales, qui non in edificationem, sed in destructionem scripti fuisse videantur. Datum in Sorbona die duodecima mensis Martii anno 1723. Saint AUBIN.

§. II. UNANIME JUDICIVM TRIUM ROMANORVM THEOLOGORVM, QUI JUSSU BENEDICTI XIV.
THEOLOGIAM HANC EXAMINARUNT AN. 1748.

IN Opere, quod inscribitur, *Theologia Moralis universa ad usum Parochorum, & Confessorum*, auctore P. Paulo Gabrieли Antoine Soc. Jesu, nihil quidem id nobis perflustrantibus occurrit, quomodo Clericorum Seminariorum, atque Ecclesiasticorum Casib⁹ perlegendum provide, atque utilissime proponatur. Quia tamen nonnulla identidem habet nimis profecto brevitate, ac præcise scripta, ex intellectu, vel Magistro, ut in similibus compendiarioribus operibus accidit, indigere existimamus, ne lange ceteroque Autoris doctrinæ ad improbatos, improbatore sensu detorqueantur. Atque ita &c. Roma 1748. Kalend. Aug.

Thomas Sergius Prior Oper. S. Rom. Inqui. Consuli.

Ita & ego censeo Fr. Philippus de Carboniano Ord. Min. Leg. Jubil. Sac. Cong. Ind. Confessor, Supreme, & Univ. Inquisitor. Qualificator, & in Collegio Urbano de Propaganda Fide Philosophie Professor.

Ita & ego censeo Fr. Carolus Dominicus de Moya Ord. Min. Conv. Magister, in Rom. Archigym. Publ. Theol. Prof. Theologica Academia Censor, Collegi D. Bonav. Regi, & Rector, ac promovendorum ad Episcopatum Examinator.

§. III. APPROBATIONES ROMANE PRO EDITIONE AN. 1752.

UT Reverendissimi Patris Sacri Palati Apostolici Magistri iusta facerem, operam dedi unanimumq[ue] adjunxi, attente ut expenderem *Notas, Appendices, & Traictatum de Sacris Christianorum Ritibus*, quibus R. P. Philippus de Carboniano Ord. Min. Theologiam Moralem Universam R. P. Pauli Gabrieли Antoine Soc. Jesu Presbyteri, mirum in modum illustravit, ornavit, & auxit. Quia in re ingenue fateor non potest, me obseruat il potuisse vel hilum recedens a rectis Christianorum moribus, aut a sincera corundem Religione. Atque adeo, nec sine animi mei jucundissima voluptate, cuncta in illico legendis reprehendi a Vito Clarissimo exquisita ac recondita eruditione refera, optimo, nitidoque rerum ordine atque delectu disposita, elegantiter pertractata. Ea propter nullus dubito, quin laudabilem moralis discipline studiosi quibuscumque, & facis præfertim Missionaris, operari ille posuit, quæ & ab omnibus probari, omniumque commodo & utilitate Hypothetorum arte vulgaris & mercatur, & debeat. Datum Romæ in Ædib. S. Andreae de Valle v. Kal. Jun. An. R. S. Cl. IC. CC. LII.

An. Franc. Verzelli Cler. Reg. in Archigymnasio Rom. Hisp. Ecclesiast. P.

JUSSU Rever. P. FR. Augustini Ursi Sacri Palati Apostolici Magistri legi Traictatus, & *notas Eruditissimi Patris Fr. Philippi de Carboniano Ord. Min.* easque dignas censeo, quæ typis estantur, cum nihil concineant Fidei, bonisque moribus contrarium, & ad fanum doctrinam percipidiam his comparent. Datum Romæ in Conventu S. Matris super Mineribus die 26. Junii 1752.

F. Vincençius Dinielli Ord. Præd. Cathed. Casanæ.

Quæ Vir plane doctus Phillipus a Carboniano Morali Theologiae Gabrieли Antoine & Societate Jesu Romana hac tertia editione, apte copioleque addidit, ea & Rever. P. M. S. P. A. Augustini Ursi iusta perlegi, & vehementer probavi, & omnium lectio- ne digna censeo. Romæ ex Æd. SS. Quirici & Julitiæ xvii. Kal. Sept. anno Cl. IC. CC. LII. F. Angelus Monaca Ord. Præd. in Coll. Urb. de Propaganda Fide Philosophia P.

§. IV. APPROBATIO ROMANA PRO EDITIONE AN. 1757.

Opus inscriptum *Theologia Moralis P. Gabrieли Antoine Soc. Jesu Presbyteri Pars altera de Sacramentis* &c. Autore P. F. Philippo de Carboniano Ord. Min. Regularis Obseruantie plurimam auctum, iulius a Rever. P. F. Josepho Augustino Ursi Sacri palati Apostoli Magistro diligenter legi, tantumque abiit, ut quidquam in eo comprehendimerit, quod Orthodoxa Religionis decretis refutare morum institutione repugnat, ut admiratus

cer.

certe fuerim summam non Auctoris modo, sed etiam Adnotatoris in ethicis rebus doctrinam, & facultatem, Quamobrem quam Ecclesia Occidentis, multoque magis Orientis Clericis utile in primis frugiterumque futurum perspiciam, dignum arbitrio, quod in lucem edatur. Dabam ex Eddibus S. Franciscæ Romanæ die 3. Martii MDCLVII.

D. Aloysius Stampa Abba Olivetanus Promovendorum ad Episcopatum Examinator,
& in Collegio de Propaganda Fide Studiorum Praefectus.

S. V. APPROBATIONES ROMANE PRO EDITIONE AN. 1764.

Dissertationem quam Conventualis Theologus Operi, cui titulus: *Theologiae Moralis Universalis auctore R. P. Paulo Gabriele Antoine*, premissit, Notasque quibus variis ejusdem Disciplinae partes sparsim illustravit, iussu Rever. Patris F. Thomas Augustini Ricchinii Sac. Apostolici Palatii Magistri diligenter perlustrantes nihil inventimus, quod a recta Catholicæ Religionis fide, atque Morum institutione delicebat, immo tuto speramus Theologi nostri laborem fore lumenoper Clericis rerum Moralium Studiofum profutrum. Quare dignum confessus, ut egregium opus, toties evulgatum, iterum cum predicta Dissertatione, & Notis typis commendetur. Datum ex Eddibus S. Franciscæ Romanæ die 5. Augst. 1764.

D. Theodorus Paroni Abbas Olivetanus.

D. Benedictus Torre L. T. Olivetanus, & S. Greg. SS. Rit. Consultor.

Dissertationes, & Notas, qua huic novissima Romana editioni Theologiae Moralis Auctore R. P. Paulo Gabriele Antoine addidit Conventualis Theologus, jubente Rever. F. Thoma Augustino Ricchinio Sac. Palatii Apostolici Magistro attente perlustravi: cumque in eis nihil, quod Catholicæ Fidei, bonisque Moribus adverteretur, offendetur, ipsas typis dari posse censeo. Datum Romæ die 21. Augst. 1764.

D. Anastasius Canzi S. Th. Lector in Collegio S. Crucis in Jerusalem.

ACCEDIT PRÆFATIO P. PHILIPPI A CARBOEANO PRO EDITIONE AN. 1757.

Theologia hæc prodit iterum in lucem a me aucta, & illustrata. In altera Editione anni 1748. præter Tractatum de Sollicitatione, & Commentarium ac Constitutiones, quibus Confessarii a Preuentienti nominis complicita exquirere prohibentur, nihil addidi quod vel ex Constitutionibus, vel ex Tractatu de Synodo Diœcesana Benedicti XIV. deromptum non esset. Eo enim unice consilio manus ad opus impoluferum, ut peritus Supremi Pontificis doctrina, per Theologiam, que omnium fere manus teritur, facilius vulgararetur, & ut loca, quæ in ea obscura, vel ambigua essent, Apostolicae Sedis decretis comprobata, & sapientissimi Pontificis doctrina explicata forent. Omili vero, quæ ad Orientalem Ecclesiam pertinent, eti plura occurrerent tunc in Constitutionibus, tunc in antedicto Tractatu: et tamen felegi, & in adversaria meis una cum aliis ad Ecclesiæ Orientis spectantibus adnotavi, ut materia præsto esset ad Theologiam in uesti Missionariorum, quam Summus Pontifex elaborare me jucserat, perficiendam. Plura enim alia ad rem hanc pertinencia collegram ex Thoma a Jesus, Verricello, a Breto, Gaudio, Allatio, Arcadio, Papadopoli, Schelstrati, Simonio, Renaudotio, Morino, Martene, Bruno, Assemanno, aliquique viris doctis, qui de Orientalis Ecclesiæ iure, deque ipsis disciplina, & Ritibus scriperant. Decreta vero desiderabantur a Sacris Urbis Congregationibus pro solvendis Missionariorum dubiis edita. Supplicavi, & ut hæc quoque concederentur, Summus Pontifex benignissime annuit. Hæc omnia cum Institutionibus de Sacris Christianorum Ritibus, quas pro infruendis adolescentibus in Collegio de PROPAGANDA FIDE elucubraveram necessariam operi perfaciendo materiam suppedire videbantur. Sed dum mecum ipse de Theologia hac ad aliua Missionariorum confidenda cogitarem, Thomas Sergius Vir Clarissimus monuit me nova, quam Generofus Salomonius meditabatur hujus Theologiae Moralis Editione, horratique est, ut huic potius, que Eruditorum calculo, & communis plausu probata esset, ea, quæ ad Missionarios pertinerebant, adderem, quam novam incerto eventu perficerent. Placuit consilium, statimque, ut ei morem gererem, adi Eruditum Virum Petrum Pomplum Rodotam, qui pro nova Verricelli editione Decreta omnia, & alia plura circa Apostolicas Missiones colegerat, ut ea mihi pro hac exornanda Theologia concederet. Is vero, non solum decreta concedere, sed velle etiam se necum rei operam dare sponredit. Atque ita revera se paratum exhibuit; nam præter decretum, alia etiam ad me misit, quibus opus augeri, & illustrari potuisse arbitrabatur: fed alii, quæ communicare volebat, ut non potui: monique hominem, ut deinceps ab his paradisi absinseret, quod ea, quæ ipse exhiberet, vel jam ante essent a me diligentius conquista & disposita, vel ad opus, quod suscepseram, juxta initium consilium conferre non viderentur. Ulus vero sum decretis multis; nam nonnulla e Verricello, & aliqua ex Patre a Breto depropensi; plura etiam accepseram a Viro Illustrissimo ac Prædicto

Am-

Amplissimo Guillielmi Supradicæ Inquisitionis Assessore. Atque hinc habes, quo consilio opus fulcerimus, quibus & fortibus materiam hauserem, quibusque sim ultius prædictis. In opere autem illustrando, notas, appendices, tractatusque adhibui. In notis, que stellula designantur, præter Constitutiones, & aliquot Tractatus de Synodo Diœcesana BENEDICTI XIV. capita nonnulla etiam ex purioris Theologiae principiis attuli, quibus aliquæ, minus Viris doctis probatae, Auctoris opiniones corriguntur: in appendicibus fusim differit de auditoritate, & usu legum Romanorum Pontificum, & Decretorum sacrarum Urbis Congregacionum in Ecclesia Orientali: de Fidei professione, de vita Hæreticorum, Schismaticorumque in Sacris communione; de antiqua & nova Ecclesiæ disciplina circa probationem librorum; de Orientalium ieiunis, deque varia Orientalium Ecclesiarum circa singula Sacra menta disciplina. In Tractatu denique, qui est de Sacris Christianorum Ritibus; quem in hac editione plurimum auxili, I. Sacrorum Rituum naturam; Novatorum circa eosdem erores; exteriorem Chriti Ecclesiæ cultum, & Orthodoxum systema expolui, ac vindicavi: II. Statum explicavi Orientalis Ecclesiæ, variis Hæreticorum testas, quæ in ea sunt, ac præcipuos eorumdem errores, & rituum, qui in diversis Ecclesiis vigent, varietatem: III. Obligationem ostendi, qua quicunque tenetur in fœde iustecepto ritu manere: IV. Denique ritus illes recentius, qui vel ab Apostolica Sede proscripti sunt, vel rejiciendi videantur. Iis additi quoniamplurimæ dubia, quorum solutio eruditis viris juvanda, Orientalibus utilis, ac Missionaris omnino necessaria videbatur; ac præterea Propositiones omnes a Summis Pontificibus damnatas, brevi explicatione dehinc. Accedit denique institutio de praxi Sacramenti Preuentientis, italice concripta. Hæc sunt, quibus Theologia facie, in nova quam exhibemus editione, aucta fuit. Non dubito, Eruditæ Lector, quin tibi, si non ut optima, saltem ut maxime utilia probanda sint. Vale. (*)

(*) Vel ex serie dimitur hujus Praefationis Fide. Qui enim Virum Doctum iustissim post additione primas novas elaborare materialia ad eamdem Theologiam in uesti Missionariorum perficiendam. In aliis Missionariorum perficiendam, & gratiam & ratum basubus, ut Moralis bœc T. Theologia, prævio ipsius mandato a fœdatis TT. perlustrata, deinde additionibus occupata, neque Romanis typis impresa, prælegatur. D. N. CLEMENTIS XIII. potius jure ambigere:

R E I M P R I M A T U R.
Si videbitur Rever. Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.
Dominicus Jordani Archiep. Nicomed. Vicegerens.

R E I M P R I M A T U R.
F. Thomas Augustinus Ricchinus Ord. Prædic. Sacri Palatii Apostol. Magist

I N D E X.
TOMI PRIMI PARS PRIMA.

| | |
|---|-------|
| DISCEPATIO historica de Lege Divina, & de Sacris veteris, & novi Testamendi libris. | 17 |
| MELCHIORIS CANI Episcopi Canariensis Influviones ad Theologiam maxime spectantes. | 25 |
| Quid Theologia sit. | ibid. |
| Quid Theologia sit speculatoria. | 26 |
| Quid Theologia sit scientia sit. | 27 |
| Dicimen inter fidem & Theologiam. | ibid. |
| Quenam fidei Theologica ratio formalis. | 28 |
| Revelatio principiorum quibus limitibus continetur. | 46 |
| Quae sunt Theologia principia. | ibid. |
| Quodnam sit principiorum dicimen. | 39 |
| De principiis secundariis, &c. affectis. | ibid. |
| Quatuor principia quedam demonstrari contingunt. | ibid. |
| Quomodo fides humanis adjumentis obtinetur. | 31 |
| Quod fides non Ecclesie auctoritati, sed divinae veritatis innatur. | 32 |
| De diabolis generibus argumentorum, quibus omni disputatio transgredi. | 34 |
| Locorum Theologicorum numerus & Expeditio. | ibid. |
| De locorum seu Fontium Theologicorum usu. | 37 |
| De usu Conciliorum seu sacrorum Canonum in resolvendis causis conscientiae. | 38 |
| Traditio de Usu Juris Canonici & Civilis, & de vero iuris qualitate de Iure & Canonico. | 39 |
| I. Quid est Iuri Canonico. | 41 |
| Judex, Judicium, Clerus, Sponsalia, Crimen. | 43 |
| II. De Jure Canonico novissimo, & quando ceterum. | 44 |
| ART. I. De Prentionibus Generalibus. | ibid. |
| ART. II. De Actionum Humanarum Natura, ac Divisione. | 61 |
| ART. III. De Voluntario, ac Libero. | 75 |
| SECT. I. De Voluntario. | ibid. |
| SECT. II. De Libero. | 83 |
| ART. IV. De involuntario, eisque causa. | 91 |
| SECT. I. De involuntario. | ibid. |
| SECT. II. De causa involuntarii. | 92 |
| 9. I. De violencia. | ibid. |
| 9. II. De Mutilo. | 93 |
| 9. III. De Ignorantia. | 95 |
| 9. IV. De Concupiscentia. | 107 |
| ART. V. De Moralitate Actionum. | 113 |
| SECT. I. De Effectione Moralitatis. | 114 |
| SECT. II. De Speciebus Moralitatis. | 115 |
| SECT. III. De Numero Specierum Moralitatis. | 118 |
| SECT. IV. De Fonsibus Moralitatis. | 123 |
| SECT. V. De Subjecto Moralitatis. | 127 |
| SECT. VI. De Moralitatis Effectibus. | 132 |
| SECT. VII. De Dotibus meritorii Operis. | 163 |

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

A Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione, del P. F. Filippo Rosa Lanzo, Inquisitor Generale del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato: *Theologia Moralis universa* a R. P. Paulo Gabriele Antoine primum concinata &c., non v'effer cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza ad Antonio Zatta Stampator di Venezia che possi effere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 4. Novembre 1768.

(ANGELO CONTARINI PROC. RIFORM.
(ALVISE VALARESCO RIFORM.
(FRANCESCO MOROSINI^o. CAV. PROC. RIFORM.

Registrato in Libro a carte 364. al Num. 2601.

Registrato al Magistrato della Bestemmia in libro a carte 5.

Davidde Marchesini Segretario.
Andrea Grattarol Segretario.

DISCEPATIO HISTORICA

De Lege Divina, & de sacris veteris, & Novi Testamendi Libris.



Xistola res peccatum. Creverat Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam; huic dederat mentem rationem, pollentem, & in bonum natura tua conservans, sed suo permisam arbitrio, ut quoquaque vellet lete ad libitum inflecteret. Ipse vero accepta ab omnipotente Creatore legem observatu facilium, qua ligni scientie boni & mali fructus ipsi interdecibatur, externa duarum suggestione mulieris, non interna concupiscentiae, que nondum ipsi inerat, tolliticatione virtutis, primum Dei mandatum gaflato fructu vertito violavit. Hinc omnis malus origo. Hinc Adamus, & Eva nudos esse le erubuerunt. Hinc caput concupiscentia contrarationem pugnare; durum deinceps omnes homines, qui ab iis prognati sunt, impetravim exerceunt. Hujus rei exemplum inter primos iporum filios luculentum apparuit. Cainus quippe invidia succensus Abelum traxit, quia universus orbis utriusque continebat per non electer, interfecit. Horum posteri impetraverunt ad summum perdixere: adeo ut tempore Noe vires justi, omnis caro viam suam corrupcione dicatur: nec alter quam perpetuus quadrangula die rum imbris totiusque terra eluvione flagrante ubique hominem adeo fuerit restincta. At vix a filii Noe reparatum est genus humanum, cum ruris in fugitiis, & fordes ruere, neglegente foliis Dei veri cultu, idolis servire coepit. Autem hominum numero, & dilectione in variis terrae regiones cogitatorem est. Sed prius turba Bel, five confusio, audaci mortalium conatus inchoata, potenteri Dei nutu sicut interrupta. Quippe ibi confutum est labium universae terre, & lingua communis in plures divisæ: adeo ut lubitato, quo inter se devinciebantur, loquebantur commercio, ali in alias terras conmigrare sint coacti. Sed etiam locis disti, & fermeone diversi forent, in hoc tamen convenienter, quod moribus perditis, omnium scelerum generi clientem mancipati. Nonnullos tamen in tanta maiororum colluvie illibatos, & puros servavit ibi Deus, qui dives est in misericordia, & cuius bonitas hominum nequitiae prevalet. Intercesserunt enim Abrahamus, qui specialiter eleitus est, ut esset credentium pater. Iscum natus est in Ur Chaldaeorum, seu in Chaldaea Melopotamia finitima, non etiam Melopotamia dicitur, utpote Melopotamia provincia; & cum patre suo Iahre habitatum venisset in Haran, seu Charan in Chaldaea; is, inquam, mortuo patre, eductus est a Deo de terra, & cognatione sua, deduciturque in terram Charana. Cumque ipsi superandus fuit Euphrates, ut in eam terram veniret, vocatus est beatus Antoine Thol. Moral. T. I. P. 1.

triarcharum (quorum sex nati sunt ex Lia, scilicet Ruben, Simon, Levi, Judas, Isachar, Zabulon; duos ex ancilla Lia, nempe Gad, & Azer; duo ex ancilla Racheli, scilicet Dan, & Nephtali; & tandem duo ex Racheli, nempe Joseph, & Beniamini) cum iam morti proximus foret, degens in Egypto, quo iux tempore famis contulerat, accessitus a filio suo Joseph, qui a fratribus venditus, volente Deo, ad summum gloriam, & potestatis apicem pervenerat, totique Egypto a Rege erat praefectus: Jacob, inquit, congregatis filiis paulo ante mortem, hoc illusre de Christo vaticinans edidit, Gen. 49. v. 10. Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de semore ejus, donc venias qui mittendus es, & ipse erit expectatio gentium.

Ac re quidem ipsa natus est Christus Messias tempore Herodii Magni, qui, cum esset alienigena, nempe Antipatri Alcalonita filius, Regnum Iudeae a Senatu populo Romano petuit, & accepit circa autumnum anni Juliani VI. Periodi Juliani 4674. Mundi 3964. A quo tempore regnavit annis 37 ex Josepho lib. 7. antiquit. Judaicarum, cap. 10. ita ut diem obseruit supremum mense Novembri an. 42 Juliani, Mundi 4007. Hunc primus Judei Regem externum habuerunt.

Uero promissionem Abrahamo, Isaac, & Jacob factam impleret Deus, numero sibi posteritatem post mortem Joseph in Egypto dedit. Sed cum Israelitas, seu Hebrei ab Egypti durissime haberentur, ita ut editio Regio constitutum esset, ut filii corum, statim ac erant in mundi auras emitti, progercentur in flumen, ne si magis creceret ipsorum numerus, tandem Egyptis fierent superiores, & se in libertatem alicerent: Deus, qui tempore, & loco per providentiam suam predeceperit, nunquam fuis desit, Hebreis paravit Moylen, qui adhuc infans ceterorum proprie in Nilum fuit projectus; sed ex aqua a filia Regis Pharaonis divino consilio seruatus est, & enutritus. At eo postea Hebrei seu Israelites, aut Iudei in desertum duxi sunt, pandente sinu mari rubro, iisque viam apertenente, ut siccio velligio transirent: sicutque ad Egypticas servitute fuisse liberati. At Egypti cum eos persequantur, relabentibus mari fluminibus, cano corribus, armis, & instrumentis sunt oppressi. Item Dux Hebreorum gentem in deserto rexit, ac milio calitus divino pabulo, figura corporis Christi, per quadraginta annos aliud.

Sed populus duræ cervicis ad quotidiana Dei beneficia minime attenus, et frequentius naturæ per primi hominis peccata corruptus mo-

(*) Per vocabulum *Meebari* speciatim intelligitur illud peccatum, quod uxor subiecti viro per matrimonium committit, faciendo alteri copiam sui corporis. At generatio intelligitur omnis coitio, quæ

tibus potius, quam rationi obtemperans, a Deo saepius avertebatur ad res creatas, & in duorum suum non raro rebellabat. Deinde privati & in leprosos contumeliosi, & in alios injusti, crimine omne genus, Gentilius more, contra naturæ legem patrabant: adeo ut dominante in iis non fecus ac in Ethnici concupiscentia, ferocientibus prævæ libidinis motibus, & omnino inferiori parte contra superiorum lele altius efferente, opprimeretur animi vis, labefactaret libertas, conticeceret ratio. Unde lex naturalis, quæ apud Judæos, ut apud reliquos populos per peccatum erat pene extincta, in hominum animis revivisceret, ac rationi contra cupiditatem appetitus ferret, positiva lege facta renovanda.

Igitur cum ventum fuit ad montem Sinai, mandatum accepit Moyles a Deo, ut iubaret *sanctificari* populum, quoniam Dei vocem erat auditoris. Tunc vero nube densissima montem cingente, cum tonitu & fulgoribus, clare bucinarum vehementi persistente, audita est vox Domini Decalogum, seu decem precepta populo annuntiantis, ut referunt Exod. c. 20. & Deut. c. 5. in quibus decem preceptis, que moralia sunt, sive quæ ad reges populos comparata, sive quæcumque ad Legem naturalem & immutabilem pertinent, breviter comprehenduntur: ita ut Decalogus nihil aliud sit, nisi lex naturalis scriptis consignata. Sunt autem haec precepta hujusmodi:

„ I. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti, de domo servitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem... non adorabis ea neque colas... „ II. Non afflimes nomen Dei cui in vanum... „ III. Memento ut diem Sabbati sanctificas... Qui dies Sabbati in diem Dominicam a Christians est communis.

„ IV. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longavus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

„ V. Non occides.

„ VI. Non mœchaberis. (a)

„ VII. Non furtum facies.

„ VIII. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

„ IX. Non concupisces uxorem proximi tui.

„ X. Non domini, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non animalia, & univerfa, que illius sunt.“

Cum vero Populus præsentia Dei foret perterritus, rogavit Moyles, ut ipse tanquam intermedium Deum solus adiret, & quæcumque didicisset a Deo, hæc ad Iuos referret. Itaque accessit Moyles ad caliginem, qua Majestas Di-

vina

habetur cum muliere aliqua, quæcumque appellatur etiam *fornicatio*, quia fornici nomine veteres appellant lupanaria, eo quod meretrices sub fornici bus habitare conliverant.

vina contegebatur; ibique judiciales leges accepit, ut videre licet Exod. c. 21. 22. 23. qui bas ea, que jus inter Judæos reddendum spectant, forte exponentur. Hujusmodi leges transferri nihil attinet. Præcipue referam.

„ Servus Hebreus pecunia emptus sex ann's levier, postea liber erit. Quod si sponte in servitute permanferit, auris ipsi perforabitur, & erit servus in leculum.

„ Qui hominem prudens occiderit, capite penitus luet; qui imprudens, exilio multabitur. Qui patrem, matremve pulsaverit, coniunctione illius dixerit, capitali supplicio affectior.

„ Qui percussit servum suum, vel ancillam, ita ut vel hæc, vel ille ab iusto objecto, reus iudicio sit.

„ Si quis prægnantem fetores sicutum ipsi excusterit, tum vel ipsa vivet, & hic dannatio erit obnoxius, quantum matrua interierit: vel eadem morietur, & redet animam pro anima. Si oculo, vel dente, vel manu eam multilaverit, redet oculu pro oculo, denum pro dente, manu, pro manu &c.«

Quo quidem loco generali sanctur lex Talionis; ut qualem qui inuidit injuriam, tale pendat supplicium. Idque in legem XII. Tabularum transiit, ut patet ex Iustiniani Institutionibus. I. 4. tit. 4.

„ Si fur noctu domum effugiens vulneratus fuerit, & ex vulnere morietur, percussor non erit reus sanguinis. Alter rebus habet, si fur per diem fuerit. Nam, ut inquit S. Aug. q. 24. in Exod. potest discerni, quod ad furandum, non ad occidendum venire. Itaque lex divina flatulabat hoc quodque hominem iustitie vindicem contra furem nocturnum, quomodocumque vim inferentem. Quod etiam transiit in legem XII. Tabularum. Nam ea lege vim vir repellere licet, ut refert Tullius in Oratione pro Milone. Idque ad ius gentium pertinere, auditor est Florentius leg. 3. ff. de justitia, & iure. At hinc male quis interierit, bona temporalia nuna defendi posse, etiam intercedi, cum occisione rapientium; id quippe omnino est prohibitum. Et in ipsi Juris Romani Institutionibus lib. 4. tit. 3. §. 2. cum dicatur, qui latronem infiditorum occidit, actione in iuriarum non tenet, adduntur haec verba, utique si licet periculum effugientis non potest. Immo nemini per Christi legem licet etiam se defendendo animum habere quemquam occidendi. Sed si, dum alterius iustum avertit, hunc ensse feriat, non ipsi est imputandum, eo quod nihil in ga re faciat, nisi cum moderatim inculpete tutela, ut loquitur S. Th. 2. 2. q. 64. art. 7. Et ideo si quis ad defendendum propriam vitam utatur majori violencia, quam oporteat, erit, illicitum. Quem S. Thomæ locum explicans Sylvius ait; Moderamen inculpete tutela in eo confitebitur, ut non plus facias in tui defensionem, quam sit opus ad evadendum malum, quod tibi intentatur.

C. a. Ter.

Primum ex illis Fælia erat solemnitas Azymorum, seu *Pashchatis*, Equinoctio verino, in memoria liberationis a servitute Egyptiaca. Secunda solemnitas erat *Hebdomadarum*, seu Pentecostes, que die quinquagesimo post Pascha celebrabatur ad offensiones primitiae operum seu frugum. Hoc die quinquagesimo post primum Pascha data fuerat lex Mosis in monte Sinai. Eodem die, post aesculum Christi in Calum, descendit Spiritus Sanctus in Apostolos, ut refertur in Act. Apostol. c. 2.

Si quis nefandum & abominabile crimen comiserit, mortis dabitur. Sacrificans idolis perire. Vidua & pupilli non incendum. Non urgendas pauper debitor, nec usus opprimentus. Non accipendum pauperis velutimentum pro pignore: ipsum enim est folium, que operitur Principi populi non maleficendum.

Primerogenita omnia Domino offerenda. Inimici pecus rediles: sub onere jacens levocabitis, ut se erigat.

Innocentem & iustum non occides. Nec accipies numeri, que etiam exceant gradientes, & subverstant verbis iurorum.

Advenam seu peregrinum bene habevis. Sex diebus operaris, septimo cœlabis. Anno septimo non colliges fructus, sed pauperibus relinques.

Ter in anno apparebit omne masculinum in conspectu Domini, in loco quem elegit, scilicet in Templo Hierosolymitan. Tria enim erant fælia singulis annis, quibus Iudei fælibant se in Templo, in quo solo sacrificia poterant offerri. Nunc enim jam inde a Templo destructione non sacrificant; sed tantum in Synagogas ad orandum convenient.

Primum ex illis Fælia erat solemnitas Azymorum, seu *Pashchatis*, Equinoctio verino, in memoria liberationis a servitute Egyptiaca. Secunda solemnitas erat *Hebdomadarum*, seu Pentecostes, que die quinquagesimo post primum Pascha data fuerat lex Mosis in monte Sinai. Eodem die, post aesculum Christi in Calum, descendit Spiritus Sanctus in Apostolos, ut refertur in Act. Apostol. c. 2.